Gregorius <I., Papa>: [Epistolae] In nomine domini nostri Jhesu Christi...
[Augsburg: Günther Zainer], [ca. 1477] Seite 275





orationibus inſiſtendum ſi quid neg'igen=
tie per dies ſex agitur per diem reſurrectio
nis dominice expietur· Hec cariſſime fili cir
ca conſtantia ⁊ recte prediti fide cuſtodite
Stultorum hominum verba diſpicite oīa
que ab eis dici cognoſcitis nolite facile cre/
dere ſed rationis trutina penſate vt dum er
roris vento forti ſtabilitate reſiſtitis ad ſoli
da regni celeſtis gaudia ꝑuenire valeatis

## ¶ Gregoriꝰ adeodato abbati Ne=apolitano .iiij.

QVantum bene fratrum congrega/
tioni animus noſter ex interni deſi/
derij intentione cōgaudet tanto ex
deſtitutis & pene in deſolatione poſitis vt pa
ſtoralis ſolicitudinis eis cicius cura ſubue
nit vehementi merore cōcutitur Monachi
ſiquidē monaſterij q̄d crateras dicit̄ ī nea
politane vrbis vicino fundati porrecta nos
protectione informaſſe noſcūtur locū ip̄m
ita pene ſeruorum dei obſequijs deſtitutū
vt vix illic remanſerint qui huiꝰ ipſius ſo/
lūmō valeant eſſe cuſtodes ob quā rem la/
crimabiliter ſupplicātes a nobis popoſciſſe
noſcuntur vt monaſterio veſtro ip̄m vni/
re monaſterium deberemus quatinus per
ſolicitudinem tuā ⁊ deinceps ſuccendentibꝰ
alijs locus ipſe auctore deo regulari valeat
ordinationem diſponi· Sed dū hinc rei fra
ter coepiſcopus noſter Baſilius cupuane
eccleſ e pn̄s fuiſſet inuentus eſt valde con/
trarius aſſerens locum ipſum olim mona=
ſterio alio dyoceſis ſue fuiſſe cōiunctum &
idcirco minime in alterius ius eccleſie con
tradi· Contra quā obiectionem Neapolita
ne rurſum clerus eccleſie multo eſſe aliter
quam dicebatur oppoſitus legationibꝰ re=
plicabat quibus diuerſa ſencientibus non
conſtituere quicq̄m dubie videremur depu
tatis cognitoribꝰ inſtituimus inter eos eſſe
iudicium· Quibus renunciantibus manife
ſta ratione cōpimus fratrem et coepiſcopū
noſtrum baſiliū in predicto craterenſi mo
naſterio ius non habere· Quo cognito mo/
nachis pia poſcentibus neceſſario duximꝰ
ꝑbere conſenſum. Preſentis itaqꝫ precepti
noſtri auctoritate id eſt craterenſe monaſte
rium celle veſtre conſtituimus vniendum
Hoc precipue cōmouentes locus ip̄e ita cū
diuino ſolacio per nos deinceps debeat or
dinari quatinus dum ab hoſte licuerit de/
putati a vobis illic cōmonachi debeant iu=
giter in dei laudibus ꝑmanere perturbatio
nis tempore intra vrbem in cellam ꝓpriam
quippe reuocare res vero omnes que eidem
monaſterio competunt a quoquā detineri



non permittas ſed omnia vniꝰ celle quippe
iam tue reformare non negligas ſed cūctis
ſalubris ordinatione diſpoſitis que deo pla
cita & veſtra ſunt oratione ſuffulta perpe/
tuis maneant incōuulſa temporibus

## ¶ Gregoriꝰ adeodato ſeruo dei .v

EFficacius iuſta poſtulantibꝰ indul/
gere vt vigor equitatis ⁊ ordo exi/
git rationis preſertim quando petē
tium voluntatem ⁊ pietas ⁊ veritas non re
linquit· Quia igitur priuſquā in monaſte/
rio ſancti adriani conuerſus intrares reꝝū=
qꝫ tuarū illic donationē emitteres Hortos
intra ciuitatem ſeu terras arabiles vel vine/
as in fundo ſollomacho vel ex aliquibus
mancipiis tuis quibus ante conceſſa liber=
tas eſt verbo largitus es ip̄aqꝫ donatio licet
poſſit iure ſubſiſtere precipue in hoc q̄d ab
illis tribuetur qui cum pompis ſuis ſeculū
relinquentes ad dei ſe eligunt conferre ſer/
uicium tamen ne quid futurum tempꝰ ob
liuionis nubilo hinc derogare quicquā va
leat largitati ſcripture hoc deſideras tradere
momentis· Quod vt queat robuſtū exiſte
re a nobis tibi poſcis dari licentiam· Idcir
co huius precepti noſtri pagina liberam ti
bi hoc faciendi concedimus facultatem q̄ti
nus dum omnia a te fuerint diligenter ex/
preſſa ⁊ deſignatione tua nouerint eſſe q̄d
ſuum eſt q̄d cunctis modo cōmune eſt &
ipſi ſine contentione donata poſſideāt ⁊ vo
luntas tua quid ad quem pertinere volue/
rit non poſſit eſſe ambigua quicquit in hꝰ
modi ſcriptura interueniente feceris firmū
ſtabileqꝫ et ex rei ipſius veritate non dubi=
tes quippe quia non nomini aliquid facere
q̄d in lege eſt vetitum ſed dudum fratrem
videris exprimere ⁊ ſalubriter amputandi
cauſa litigij literarum memorie ſeruande
deponere

## Gregorius Januario ep̄o Carali=tano .vj

QVando inter religioſas perſonas
de terrenis rebus controuerſia na/
ſcitur ita ſacerdotali eſt ſolicitudi/
ne finienda vt creſcere non poſſit ex mora
contentio· Deſideria ſiquidem abbatiſſa la/
trix preſentium huc veniens queſta eſt ſub
ſtantiam parentum ſuorum pariter ⁊ ger/
mani ſui ſibi rationabiliter competentem
ab Iohanne abbate indebite detineri ⁊ quia
eādē cauſā interueniēte iudicio petit terminari
fr̄nitas vr̄a adhibitis ſibi Innocētio ⁊ libtio

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-78/0275
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt